



**De Probatis|| Sanctorvm|| Historiis**

Partim|| Ex Tomis Aloysii Lipoma-||ni, Doctissimi Episcopi, Partim Etiam||  
Ex Egregiis Manvscriptis Codicibvs, Qvarvm permultæ antehàc nunquàm  
in lucem prodiêre

Complectens Santos Mensivm Novembbris Et Decembris

**Surius, Laurentius**

**Coloniae Agrippinae, 1576-**

**VD16 S 10263**

Martyrium S. Gregorij Spoletani presbyteri & Martyris.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77423](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77423)

DE S. GREGORIO SPOLETANO MARTYRE.

103

seculi, nisi & alios ad interitum pertrahat sempiternum. Scitis enim, quia multa vitia  
terribilis exatibus in primuntur, que postea in magno corpore vix mitigare, nedum  
exipere quisquam possit. Infelices magistri, qui huiusmodi plantaria plantauerunt,  
que explantantur ab illa cœlesti plantatione, quam plantauit pater ille cœlestis. Quis  
genitabitur, se huius riui torrentibus non fuisse vallatum?

Septimus est, in his omnibus perseverare. Hic peccator submersus est & absorptus,  
& clausus super eum puteus os suum. Cum enim non leuat oculos ad cælum, nec re-  
cordatur iudiciorum iustorum, mortuus & sepultus est in sepulcro conscientiae sua.  
Tunc a mortuo, tanquam qui non est, perit confessio. Tunc peccator, cum venerit in  
profundum malorum, contemnit. Hic est in extremo fluminum Aegypti. Hic mul-  
tudo miserationum Domini tollitur ab oculis eius. O flumen malum, riui pessimi,  
iui exterminantes. Hac nocte Dominus eos calceatus transiit, cum in virginali sub-  
stantia puram carnem, & omnium prætaxatione pestium immunem accepit, illo cal-  
ceo calceatus, quod in Idumeam extendit, cuius corrigiam solvere non potuit  
magnus ille Baptista. Misit de summo filium suum, & accepit me in utero Virginis, &  
scandens affumpsit me de aquis multis: quas vobis breuiter prælibauimus. Libera  
me, inquit, ab his, qui oderunt me, & de profundis aquarum.

Percutiemus eos, si cogitemus pro peccato nostro, si prohibeamus linguam à do-  
lo, si declinemus à malo, & faciamus bonum, si confiteamur aduersum nos iniustiti-  
am nostram Domino, si dolor noster sit semper in conspectu nostro, si doceamus ini-  
quos vias Domini, & semper laus Dei sit in ore nostro. Et ut de arte futura nostris  
moribus aliquid consuamus, habeamus calceamenta densa, & subtiliter cōfuta, quæ  
possint aquas obuiantes excludere. Faciamus carnem nostram firmam, & confixam  
timore Domini, quæ libidinis humorē excludat, & excocta tribulationibus atq; den-  
sata, fiat uter nouus ad conseruandum vinum nouum, de quo dicitur: Quia factus  
fons sicut uter in pruina. Sed iam corda & corpora nostra, ad suscipiendum filium  
Virginis preparata, dimittamus in pace, & omnes in commune lumen ad reuelatio-  
nem genitum innocentibus brachiis amplectamur: Qui est Deus benedictus in se-  
cula, Amen.

MARTYRIVM SANCTI GREGORII SPO-  
LETANI, PRESBYTERI ET MARTYRIS, EX QVO-  
dam per antiquo MS. codice per F. Laur. Surium, paucis locis  
modicè correcto stylo, descriptum. Consentienti vetu-  
stissima Martyrologia.

**E**MPORIBVS Diocletiani & Maximiani Imperato- Decembr. 24.  
rum talis furor in sacrilegis per cunctam Italianam exarsit, Cultus de-  
vtna effet apud omnes idolorum cultura, & si quis non monum mi-  
prostratus idolis immolare, pœnis diuersis cruciaretur. sub Diocle-  
tiano. Erat tum quidam vir impissimus, Flaccus nomine, quem  
Maximianus Imperator direxerat, vt omnia idola erige-  
ret. Cumque introisset is Flaccus in ciuitatem Spoletanam,  
iussit sibi tribunal collocari, & præcones per omnes plate-  
as ciuitatis mitti, vt omnes simul ciues ante vestigia eius in  
medio foro consisterent. Cumque congregatus fuisset  
omnis populus in medio foro, Flaccus dixit Tircano: Iste  
omnes dii nostri deseruiunt? Cui Tircanus dixit: Isti omnes, quos conspicit pieras  
tua, deos colunt, Iouem, Mineruam & Asclepium, deos immortales, qui propitiis se  
exhibent mundo vniuerso. Hæc audiens Flaccus, gauisus est gudio magno, & con-  
tinuo iussit turbas omnes dimitti.

Beatus vero Gregorius erat tum in ciuitate Spoletanæ, ieiunijs & orationibus die s. Gregori⁹  
angeli vacans. Multos ille precibus suis sanos reddebat, spiritus immudos ejiciebat, vacas pre-  
lebo decubentes sanabat, leprosos mundabat, & eos illuminabat, & corda multo-  
rum paganorum ad Dominum Iesum Christum convertebat: templo vero paganorum  
& simulae in terra dei ciebat. Audiens hæc Tircanus, quod beatus Gregorius multa  
tempora idolorum euertisset, & paganorum animos ad Christi amorem conuertisset,  
iratus nimis, nunciavit hæc Flacco, dicens: Esi quidam in urbe seductor multorum,

Ttt 4 Grego-

LS

**S**igillatur ad  
tribunal.  
**G**en. 1.  
**R**om. 2.  
**A**poc. 22.

Gregorius nomine, aduersus deos rebellis, & vestra iussa pro nihilo dicens. Hac cùm audisset Flaccus, exarsit à diabolo, & iussit quadraginta milites mitti, qui beatum Gregorium vincetum perducerent. Exierunt milites, & implentes iussa, beatum Gregorium praesertauerunt. Sedens autem Flaccus cum Tircano, & respiciens in faciem beati Gregorij, in hanc erupit vocem: Túne es Gregorius Spolestanus? Sanctus Gregorius dixit: Ego sum. Rursumque Flaccus: Túne es, inquit, aduersus deos rebellis, & principum contemptor? Sanctus Gregorius respondit: Si verum scire vis, ego ab infanta mea nunquam à Deo meo recessi, qui me ex limo terra formauit. Flaccus dixit: Quis est iste Deus tuus? Sanctus Gregorius respondit: Qui fecit hominem ad imaginem & similitudinem suam: ipse est Deus fortis, Deus immortalis, qui reddit vnicuique secundum opera sua. Flaccus dixit: Noli esse verbosus, sed quod tibi præcipio, id facias. Sanctus Gregorius respondit: Quod præcipis, iam scio: quod me oportet facere, hoc ago. Flaccus dixit: Ergo si pro salute tua agis, ingredere templum mirabile, & sacrificia diis magnis, Ioui, Minerua & Asclepio honore, & multa bona inuidissimorum principum consequeris, & nosfer amicus eris. Sanctus Gregorius respondit: Ego amicitias vestras non concupisco, nec sacrificio demonibus, sed Deo meo Iesu Christo. Flaccus dixit: Quæ est insania ista, miser Gregori, quæ te possidet? Scias te tibi poenas durissimas cumulare. Sanctus Gregorius respondit: Insanus ego nunquam fui, sed tu potius, qui creatorem tuum non agnoscis Dominum Iesum Christum. Nam Iouem, Mineruam & Asclepium, quos dicis, dæmones esse manifestum est.

**M**axilla ei<sup>a</sup>  
verberatur  
colaphis.

Flaccus dixit: Colaphis contundite maxillas eius, dicentes ei: Noli deos blasphemare, nec contumax esse. Sanctus Gregorius respondit: Contimax nunquam fui: vos vero ministri estis satanæ, facientes voluntatem eius. Tircanus dixit: Admete, Gregori, immola diis, antequam corpus tuum exterminetur. Sanctus Gregorius respondit: Melius est mihi, exterminari corpus meum, quam animam. Facite, quod vultis. Flaccus cum Tircano dixerunt: Accede, & sacrificia diis, antequam penite excruciemus. Sanctus Gregorius respondit: Iam tibi dixi, & dico, non sacrificio demonis vestris, sed Domino meo Iesu Christo, qui fecit cælum & terram, mare & omnia, quæ in eis sunt. Flaccus dixit: Fustes nodosos afferte, & dorsum eius verberibus rumpite, dicentes: Hæc patiuntur, qui sunt diis rebellis, & principum contemtiores. Sanctus Gregorius ait: Hoc scire te volo, Flacce, pro malis, quæ in meo exercere corpore, duplicita mihi bona restitui in cælo. Flaccus dixit: Vertite illum, & ventrem eius fustibus dissipate. Tum S. Gregorius intuens in cælum, ita orabat: Misericordia tuo Deus, sanctus Israel: à timore inimici eripe animam meam. Tircanus cum Flacco dixerunt: Misericordia tuâ, antequam moriaris. Id enim tibi consulimus ut amici. Sanctus Gregorius respondit: Recede à me minister satanæ: vacant oblationes tue. Adebet mihi Dominus Iesus Christus ad confortandum me in vulneribus meis.

**I**n craticula  
affatur.

Flaccus dixit: Hæc est insania tua, miser, quæ te viuere non permittit. Sanctus Gregorius respondit: Etiamsi totū corpus meum occidas, Dominus anima meam fouet & viuificat. Flaccus dixit: Ligate illi manus & pedes, & in craticula igneam imponite, & ligna sub ipso construite. Fecerunt ministri, sicut præcepit illis Flaccus, & paraverunt ignem. Beatus vero Gregorius exclamabat ad Dominum de medio ignis, dicens: Domine Iesu Christe, Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Iacob, Deus patrum nostrorum, qui non despicias preces famulorum tuorum, qui ingressus es cum tribus pueris in caminum flammam, ad sis etiam mihi seruo tuo in medio presentium pressuram.

**D**an. 3.  
**T**erramoto<sup>b</sup>  
multos pa-  
ganos op-  
primit.

Flaccus dixit: Hæc eo dicente, terramoto magnus factus est intra ciuitatem Spoletanam, & cecidit una regio, oppresitque plus quam quadringentas quinquaginta animas paganorum, quidolis seruiebat. Quod videns Flaccus, tremuit ut leo, & territus nimis, fugit inde. Dicit autem Tircanus: Ferrum afferte, & cum stringite, atque in carcere includite, Angelus eum ibique à militibus diligenter custodiatur. Cum autem ingressus esset beatus Gregorius in carcere, Angelus Domini apparuit illi, dicens: Pax tecum, Gregori: noli timere, & continuò vincula eius dirupta sunt, & claritas Domini circumfusit eum. Vident id beatus Gregorius, cecidit in faciem suam, oransque dixit: Gratias tibi ago, Domine Iesu Christe, qui misisti Angelum tuum sanctum ad confortandam animam meam: & ego confitebor tibi in toto corde meo, & honorificabo nomen tuum in eternum, quia fecisti mecum misericordiam tuam. tu es enim Deus solus. Dicit autem ei Angelus:

Euge

Ego serue bone & fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constitua: intra Matt 25.  
in gaudium Domini tui. Et hæc dicens, ablatus est ab oculis eius. Erexit autem se bea-  
tus Gregorius, laudans & benedicens Deum.

Die altera subsequeente iussit Flaccus in medio foro sedem sibi collocari, & bea-  
tum Gregorium coram se representari. Quod cum factum esset, dixit ei Flaccus: Vel  
nunc recede ab insanitia tua, accedensque sacrificia diis magnis, quos usque nunc ne-  
gare cognosceris. Sanctus Gregorius respondit: Nunquam demonibus sacrificavi,  
ne sacrificio, nisi Domino meo, qui me ad istam coronam iustitiae perducere digna-  
vist. Flaccus dixit: Carduos ferreos asserite, & genua eius totis viribus percutire, Alia ei dira  
ut vel sic possumus vincere omnem stultitiam eius. Sanctus Gregorius ait: Vide qua-  
lis tu, qui demonibus seruis, adorasque idola, opera manuum hominum. Nam  
si scires creatorem tuum Dominum Iesum Christum, ipsum adores, coram quo  
omnes Angeli contremiscunt. Flaccus dixit: Ego demonibus seruo, furifer? San-  
ctus Gregorius respondit: Venerem a diabolo execratus es. Flaccus dixit: Lampades <sup>Lampadib⁹</sup>  
ardentes asserite, & latera eius inflammate, dicentes, Noli superbus esse. Sanctus Gre-  
gorius ait: Etiam si totum corpus meum perdas, præstò mihi est medicus meus, Do-  
minus Iesum Christus, qui me sanat & corroborat, ut ista omnia mala, quæ in me ex-  
ercere vidérис, pro nihilo putem. Flaccus dixit: Accede, maledicte, & fac tibi deos  
immortales propitijs, antequam te morti tradam. Sanctus Gregorius respondit:  
Maledicti sunt omnes, qui confidunt in idolis. Audiens hoc Flaccus, exarbitur ut ignis,  
dixitque: Tircanum celeriter accerite. Tircanus dixit: Ecce adsum.

Tum vero impius Flaccus iussit beatum Gregorium, tractum in medium amphitheatre, capite truncari. Sanctus vero Gregorius orabat ad Dominum in medio amphitheatre, dicens: Benedictus Dominus Deus meus & Rex meus, adiutor meus,  
& liberator meus, qui me hodiè de hoc seculo ad te vocare dignatus es. Et respiciens  
ad calum, audiuit vocem magnam, dicentem sibi: Ecce, Gregori, coronatus es, in  
numerum sanctorum meorum adscriptus es: ingredere ad me, benedicte Domini:  
preparata est habitatio tua. Adhuc Angelo loquente, ab Aquilino spathario capite Caput ei  
truncatus est. Tircanus vero iussit dimitti feras terribiles, ut corpus beati viri absor-  
berent. At rabida feræ vbì ad corpus venerant, flecentes capita sua, adorauerunt il-  
lud. Id turba cernens, voce magna exclamauit: Verè magnus est Deus Christiano-  
rum: & multi crediderunt in Dominum. Flaccus vero eodem die percussus ab An-  
gelo, euomens interiora sua, expirauit. Corpus vero beati Gregorij iacebat in me-  
dio amphitheatre. Erat autem quædam mulier Christiana, Abundantia nomine. Ea  
accedens ad Tircanum, petitum corpus beati Gregorij, vt illud colligeret de medio  
amphitheatre. Tircanus dixit: Da mihi aureos trigintaquinque, & accipe corpus.  
Abundantia dixit: Quod iubes, libens dabo: hoc tantum rogo, ut celeriter mihi  
corpus detur. Tircanus ait: Affer mihi quod dixi, & tolle corpus. Illa, numeratis ei  
aureis trigintaquinque, accepit corpus, gaudens & benedicens Deo, sicque dicens:  
Benedictus Dominus, qui non amouit depreciationm meam, & misericordiam su-  
am à me. Et sepeluit illud conditum balsamo, nardo & aromatibus preciosis, & po-  
suit iuxta pontem lapideum & riuum, qui Sanguinarium appellatur, prope muros  
ciuitatis nono Calendas Ianuarij, cum hymnis & canticis, ita dicens: Mirabilis Deus psal. 67:  
in sanctis suis, Deus Israël ipse dabit virtutem & fortitudinem plebi sua: benedictus  
Deus. Iustus Dominus in verbis suis, & sanctus in omnibus operibus suis: qui dat vo-  
tum optandi, & benedit annis iusti. Ipsi honor & gloria, laus & imperium in secula  
seculorum, Amen.

Huius sanctissimi martyris reliquias religiosè colit ac seruat hodie Ecclesia metro-  
politana Coloniensis summo in templo, collocatas super tumbam  
trium Regum, cum quibus eò sunt olim  
simul adductæ.

DE